

B. M. II. 173.

f. 48, 5.

X 186 2409

D. M. V. D.

II h
464

AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS,
IN INCLYTA AD ALBIM ACADEMIA,
PRÆSIDE,

VIRO PRÆCLARISSIMO, AMPLISSIMO AC PRÆCELLENTI,

Dn. M. CHRISTIANO Röhrenseeni
FACULTATIS PHILOSOPHICÆ ADJUNCTO
MERITISSIMO, &c.

EX POLITICIS DISPUTABIT PUBLICE,

De

TORNEAMENTIS,

Auctor,

ERNESTUS DIETERICUS à Selmiß
EQVES THURINGUS.

AD DIEM XI. MARTII,

IN AUDITORIO MAJORI,

HORIS ANTE-MERIDIANIS.

WITTEBERGÆ,

Typis MICHAELIS MEYERI, M. DC. LXXI.

77.







IN NOMINE DNI. NOSTRI IESU CHRISTI

ad omnes actus, cunctaque consilia semper progredimur.

l.2. C. de Off. Praef. Praet. Afr.

Mperatoriam Majestatem non solùm armis decoratam, sed etiam legibus oportere esse armatam, ut utrumq; tempus & bellorum & pacis rectè possit gubernari, raviter admodum D. JUSTINIANUS monet, *Princ. Proam. Inst.* Ut ietenim truculentus Mars, n̄ sapientem subinde Minervam consulat, multa temerè, multa periculosè, nec pauciora sine successu suscipit: ita provida Palladis consilia vix optatum sartiuntur eventum, nisi Martia vis protegat eadem contra ingruentes hostes, auctoritatemq; ipsis ac robur adspiret. Scilicet, jura & arma mutuam sibi in Republ operati præstant, ita ut nec his nec illis carere unquam possit. Ac tametsi non perpetuò dira belli mala vexent Patriam, sed pacis amœna qvies blando nobis vultu arrideat, utroq; tamen tempore armorum usq; insigni emolumento rem publicam beat. Qvum turmali signo perstrepit buccina, atq; latus omne tumultum subito ciet, qvam clarè tum armorum excellentia exsplendescit! Vibratur lancea acuto stridore, ac undiq; vaq; strictus coruscat ensis: Concurritur utrinq; ingentibus animis, telloruenti objicitur caput, Herculeisq; quasi viribus inimicum agmen à patriis oris procul arcetur. Videas hic, quantum vastas antecellat vires exercitatus miles, quantumq; præstet, eruditos armis, qvam numerosos exercitus habere. Hi sunt, qui hostilibus copiis cladem, imperatori suo

A

con-

conciliare victoriam conservaverunt. Vir viro, armis arma
conserta sunt : ad nutum monentis intenti , seqvi signa,
servare ordines didicere. Qvod imperatur, omnes exau-
diunt : obſtēre , circumire , diſcurrere in cornu , mutare
pugnam, non duces magis , qvām milites callent: uti Ale-
xandri M. milites ſcītē depingit Curtius l.3.c.2. Qvapropter
ne imparatus ad bellum, ſi necelitas exigit, procedat Prin-
ceps, aut viris objiciat imbelles fœminas, vel rudes pueros,
vel parūm fidum extēnum militem , operam dare qvām
maximē debet, ut togato reipubl. ſtatū ſubditi in armis ex-
erceantur. Qvum enim planē rudes & artis bellicæ igna-
ri concurrant cum hoste, timidē admodum bellum tracta-
bitur, qvōd quiarti qvalemcunq; etiam operam non na-
vavit, fruſtra eandem trahet; qvemadmodum contrā ne-
mo id detrectabit facile, cujus notitiam ſibi reddidit fami-
liarem ; qvare ſedula & in acie & otio armorum cura ſe-
qviore tempore egregium Magistratui ſubſidium præbet.
Varia occurruunt exempla paſſim , qvorum beneficio in-
gens assertioni noſtræ robur accedit. Sic Davidis extat
mandatum, ut Iſraelitæ ex tribu Juda arcus exercitium di-
ſcerent aſſiduè. 2. Sam. I, 28. Athenienses qvoq; nullum
alium in finem Palladem finixerunt armatam , qvām ut in-
dicarent, opportunius res militares exerceri non posse,
qvām tempore pacis. Somnolentorum qvippe eſt, ea tan-
tūm, qvæ ante pedes jacent, cavere. Ideo digna ſatis vox
eſt Majestate Regnantis , qvam Sacratiſſimus Imperator
JUSTINIANUS loco Edicti protulit l.2. §. 9. C. de offic. præf. præ-
tor. Afr. ut Duceſ ſemper ad exercitationem armorum milites
teneant, & non concedant eos diuagari, qvōd neceſſitate urgen-
te inimicis reſiſtere poſſint. Tandem qvis ignorat, Rem pu-
blicam Romanam maximē propter artem militarem ex-
titifc

titisse inclytam, nullum certè aliud ob fundamentum,
qvàm qvòd pacis qvoq; tempore aleret exercitus, cuius in-
ter beneficentiae caussas hæ fuerunt potissimæ, partim qvia
justum censebant, pacis tempore viros fortes & bellicosos
magno pretio habere, & civiles dignitates illis credere,
qui summa pericula pro eâ subiissent; cautores sanè red-
diti exemplo Græcorum, qui nullâ aliâ de re tam facile à
Philippo Rege vincebantur, qvàm qvòd Viros fortes
promptosq; consilio Pacis tempore instar Platanorum ha-
berent atq; negligerent; partim qvia non modo in legio-
nibus, sed etiam in oppidis ac provinciis fabricas scutarias,
loricatas, arcuarias habebant, in qvibus omnia armorum
genera, qvæ eo tempore in usu erant, formabantur. Hæc
enim præcipua cura erat, ut in castris nunquam deesset,
qvicq; id in exercitu necessarium videretur, usque eò, ut
etiam cunicularios haberent, qui muris perfosis intra
fundamenta improvisi emergerent ad urbes capessendas.
Inde efficiebant, ut tempore belli etiam tuti essent, & ab
omnibus incommodis Rempubl. salvam atq; incolumem
haberent. In eo autem conveniebant cum SENECA, qui
ita scripsit in lib. de Beat. Vit. c. 26. *Nemo Principum adeò*
credulus erit tempore pacis, ut non se præparet bello,
quod, etiamsi non geritur, indicatum tamen est. Qvoniam
in aperto, nihil neq; firmius, neq; laudabilius, imò neqve
felicius Republ. esse, in qvâ eruditæ abundant milites, &
qvod erudita paucitas promptior ad victoriam sit, qvàm
rudis illa & indocta moles hominum, ad cædem semper
parata.

Th. II.

Hæc qvoq; occasio extitit ac quasi seminarium Feu-
dorum introductorum in Germaniam creditur. Qvum

A 2

enim

enim Principes Germaniæ amplio semper studuisserent co-
mitatui, qvem in bello aluerant, & ad bellum conduxe-
rant, ut testatur TACITUS lib. de moribus Germanorum,
atq; hos Comites perqvam fideles sibi, eorumq; operam
maxime firmam cognovisent, concesserunt postea iis-
dem Principes prædia qvædam, tūm in propriis, tūm et-
iam in occupatis bello terris, sub conditione fidei & servi-
tii militaris, ut non solum operâ ipsorum in bellis vel præ-
sentibus vel futuris uti, sed etiam devictos virtute illorum
in fide continere possent; qvod confirmant ipsæ Leges &
mores feudales, ex qvibus apparet, Feuda propter militi-
am esse constituta, iisq; Vasalli milites saepius dicuntur.
Conf. 2. Feud. 21. & 22. adeoq; hoc Feudorum institutum a-
ptè congruit indoli Germanorum, qvos, utpote bellis ni-
mium quantum deditos, hoc singulare institutum milita-
re introduxisse, inter cæteros Feudistas rectè asserit STRU-
VIUS Syntagm. Jur. Feud. c. 1. th. 3. p. 8. & seqq. Præter hæc
laudata antea felicitas non aliter acqyiri potest, qvam diu-
turna armorum tractatione, & qvi pace diutinâ commo-
dè frui volunt, bello & armis sint exercitati, qvibus pax a-
missa recuperatur, immò conservatur, dum exteri quoque
hanc fortitudinem agnoscunt, atq; iteratos armorum a-
ctus admirantur. Qvod si in genere ad laborem, vigilias,
frigus, famem, ARISTOTELE monente lib. 7. Pol. c. 17. sub-
diti sunt assuvi faciendi, qvidni ad arma quoque tractan-
da? Non dicam de peditum vario exercitiorum modo, ut
armis vel punctim vel cæsim uti sciant, de militari gressu
& ingressu, cursuq; celeriori & tardiori, non de castrorum
metatione & munitione, ut in iis, tanquam in propugna-
culo, omnes hostium invasiones eludere possint. Silen-
tio involvam quoq; notitiam illam, qvæ ex aste familiaris
esse

esse debet eqvitibus, quantum scilicet intersit ex utroq; latere
eqvum ascendere & descendere, & in concitatissimo e-
qvorum cursu, vel hastam vel sclopetum gubernare, atq;
inter armorum strepitus & tonitrua bombardarum fre-
nare eqvum posse, ne agmen dissipetur, qvod omne eo-
rum relinqvo judicio, qui Marti litaverunt.

Th. III.

Constat proinde, cunctis aut artificibus aut artibus
maximum decus venire ex labore indefesso ac sedulitate
perpetuâ, adeò, ut si studia consveta non frequententur
qvitidie, brachia in corporibus, ingenia in artibus pigre-
scant; qvod nec veteres latuit, qverum Mnemonicon hoc
fuit: Qvo qvisq; vehementius desideret pacem, eò dili-
gentius præparet ea, qvæ necessaria ad bellum sunt futura;
neq; pacem ut nudam Dianam, sed ut Minervam Deam
bellicosam muniat. Accedit & hoc, qvòd infallibiliter ere-
diderunt veteres, tantam & ferme maiorem utilitatem af-
ferre Reipubl. armorum exercitium, qvantam ab æratio
unquam sperare licebit. Qvare ut eò felicius procederet
incrementum Reip. jam olim variæ inventæ & institutæ
sunt Armorum exercitationes, per modum LUDORUM,
qui apud multas undiqvæq; gentes memorantur celebres.
Sic Græci Ludos diversimodè instituerunt. I. OLYMPICOS,
qui semper qvinto præterlapso anno celebrabantur, ubi di-
versissimis ex locis conveniebant adolescentes ad armo-
rum exercitationem; hiq; à loco, qvo celebrabantur, nun-
cupati sunt, ut dixi, OLYMPICI. Ad qvænnam vero funda-
tio horum ludorum spectarit, Historici inter se non con-
veniunt, ideoq; & ego hujus decisionem, dum à scopo
prorsus aliena, tentare nolui, sed id eorum relinqvo inda-
gini, qui ex asse Ludos describere satagunt. Videri potest

NATAL. COMIT. *Mythol. lib. 5. c. 1.* His succedebant (2) **PTTHII**, & hitam in honorem Apollinis, qvam ad exercendos juvenes sunt ad inventi, ac multa per tempora durarunt. (3) **NEMEI** subsecuti fuerunt, & funebres quidem isti, perq; triennium semper celebrati. Tandem & ultimo veniebant **ISTHMII**, qui ad imitationem Olympicorum constituti sunt, atque consecrati. De quibus singulis & quæ alias memorabilia in hisce ludis contigerunt, consuli potest **NAT. COM. MTHOL. lib. 5. c. 2.** & seqq.

Th. IV.

Succedunt Romani, gens virtute, militia, legibus, ac justitia clarissima, quæ Ludos optimos fortissimosque instituit indies. Ipse quippe Romulus statim ludos exhibuit, eosque **NEPTUNO EQUESTRI** sacros, quos Consualia appellavit, teste **ROSIN.** *Antiquit. Rom. lib. 5. cap. 3.* à Conso scilicet **Consiliorum Secretorum** DEO, i.e. Neptuno. Idem d.l.c. 19. Hunc secuti sunt alii Reges, Consules atq; Prætores, & demum Imperatores. In universum duo tantum fuerunt Ludorum genera apud Romanos, alii Circensis, alii Scenici. Illi à circo nomen acceperunt, quia caveâ circoque sunt divisi, vel à circumeundo. **ROSINUS** d.l.c. 2. ab una parte erat litus fluminis, in altero latere gladii erant positi, ut ignavia præsens periculum ab utrag; parte esset. Peragabantur vero Ludi corporum certatione, cursu, pugillatione, luctatione, curriculisque eorum usque ad certam victoriam. Vestigia adhuc apparent in l. 12. §. equitii 4. ff. de us. & habit. & l. 1. §. 2. ff. de mun. & hon. Tandem certi creati sunt **Ædiles**, quorum munus fuit, ut Plebejos Ludos curarent, & Curules, qui magnos exhiberent Ludos: Hujus rei plnrima testimonia apparent in historia Livii aliorumque. Qvod autem omnes isti ludi instituti fuerint ad exercendos subditos,



ditos, exinde constat, qvòd signum dare mittendis quadrigis etiam ad officium Urbani Prætoris pertineret, qvisi forsitan aliquis abesset, belloqve occupatus viveret, dictus Di^ctator fuit, qvi signum loco Prætoris mittendis quadrigis daret. Ex SVETONIO verò & seqventibus Historicis cognoscitur, qvòd ad Imperatores, translata omni Reipubl. potestate in unum, munus istud promanaverit. Barbaricum istud hominum genus Turcæ, licet civilitatis parùm vel minimum gnari, statim à cunis vel primis ungaviculis, pueros armis assūtunt, & ita ad militiam eos aptiores redundunt, adeò, ut vix ullus reperiatur, qvi non fateatur ingenuè, eos velocitate, celeritateq; armorum tractandorum, plures alios populos antecellere; uti hoc ipsum satis superqve experientia, proh dolor, demonstrat.

Th. V.

Tandem & Germani sua habuerunt Certamina ante HENRICUM quoqve. TACITUS *de moribus Germ.* num. 8. Nudi enim juvenes, qvibus id ludicrum est inter gladios atqve infestas frameas saltu jaciunt. Exercitatio artem paravit, ars decus, non in qvæstum tamen, aut mercedem, qvamvis audacis lasciviæ est pretium voluptas spectantium. Multum enim profuturum rectè senserunt, iis rebus à teneris assūtunt, qvarum usus major subinde & opimior speretur. Meritò itaqve atqve optimo jure posteri quoqve egregias has Majorum virtutes, uti ex omni parte consummatissimas, ita vicissim Reip. utilissimas, summis vigiliis, summâqve providentiâ, curâ, ac labore indefeso pertractant indies, qvem in finem quoqve Gloriosissimus Imper. HENRICUS AUCEPS, Ludos istos, qvi TORNEAMENTA dicuntur, in totâ Germaniâ instituit splendide, adeoqve Eo Auctore & Promacho, hoc, qvod diu absconditum erat, iterum restau-
ratum

ratum est, & primum Torneamentum celebratum fuit
Magdeburgi, uti constat ex ipsâ inductione Imperatoris,
qvam RUXNERUS f. 28. des Thurnierbuchs tradit ita: Hein-
rich aus Götlichen Gnaden Römischer Kaiser / ge-
niant der Bogler / hat aus mercflichen Ursachen des
Heil. Römischen Reichs / den ersten Thurnier in Teut-
scher Nation gen Mündburg auff den Werder gelegt.
Et ut propositum eò felicius succederet, unà cum quatuor
Imperii Principibus, **CONRADO Palatino Rheni**, HER-
MANNO *Duce Svevia*, BERTHOLDO *Bavarie Duce*, &
CONRADO Duce Franconie, accuratè rem præmeditatus
est. Præterea & Imperator, & qvilibet horum Principum,
tres adhuc superaddiderunt viros, ita ut quindecim fue-
rint, qvi de futuris Torneamentis deliberare, eademqve
confidere fuerint auti. Attamen nemo eorum unquam
ejusmodi Ludos visu perceperat, multò minus ipsis inter-
fuerat, sed planè rudes & ignari hujus negotii omnes erant,
præter HERMANNUM *Ducem Svevia*, qvialiqvalem dun-
taxat cognitionem habebat eorum, qvæ ex Magistro Phi-
lippo Imperatoris Secretario qvondam audiverat. Erat
verò hic Mag. Philippus vir & pietate & prudentiâ & pere-
grinatione clarissimus, ut potè qvi apud alias gentes, Bri-
tannos præcipue & Gallos, talia exercitia lèpiuscule vide-
rat, adeoqve eò felicius consilia de instituendis Torneae-
mentis præbere poterat. Idcirco omnium applausu in
concilium Consiliariorum adoptatur, atqve omnia, qvæ
in Torneamentis viderat unquam, dextrè communicat.
Tandem cum omnia Philippi Consilia arrisissent Consilia-
riis, delata quoque sunt ad Imperatorem, qvi rata habuit
omnia, ita tamen, ut Imperator ipse cæteriqve quatuor
Principes Consiliariorum qvingve præmitterent arti-
culos,

it
is,
n.
ge-
es
lt.
gt.
or
R-
&
tus
m,
ue-
gve
am
er-
nt,
un-
hi.
erat
ere-
Bri-
ide-
nea-
u in
qvæ
icat.
ilia-
buit
tuor
arti-
ulos,
culos, qvos etiam annotavit RUXN. in Thurnier-Buch
fol. 16. & seqq.

Th. VI.

Hæc Torneamentorum vera apud Germanos incurrabula sunt, ad qvorum institutionem Optimum Imperatorem nihil æqvè movit, qvam, ut antea satis demonstravi, publica Salus, & ut multorum Principum ac Ducum animos, bello quadantenus defatigatos, paululum recrearet. Qvum enim HENRICUS AUCEPS, tempore Leonis V.II. Imperatorio diademate potitus esset, infideles iterum ac rebellles Hungaros & Obetritos vi armatâ Imperio subjicere proposuit, ideo anno 935. auctoritate, qvâ pollebat, Imperatoriâ, mandato pœnali cunctis Imperii Statibus ac Ordinibus præcepit, ne in posterum ullo modo Hunnos cœterasq; barbaricas gentes tuerentur ac defenderent, qvo facto iis tributum ac vestigal omne denegavit. Ex qvo tempore Hunni cum aliis ejusdem farinæ permultis sociis Regiones qvasdam Imperatoris miserè devastarunt, donec tandem Imperator coactus fuit ab Imperii Statibus suppeditias expetere. Mandavit insuper sedulò, ut intra trimestre spatiū qvilibet, cujuscunq; ordinis ac conditionis esset, in confinio Magdeburgensi se sisteret, atq; contra hostes Ecclesiæ ac Imperii dimicaret. Promulgato hoc Edicto qvilibet Principum, Nobilium, cœterorumq; obseqvium suum declaraverunt sponte, ita ut brevi temporis spatio Imperator ex suis provinciis octo millia pedum & duo millia eqvitum contra hostem duceret. Hisce qvoq; addiderunt Ordines Imperii sex millia ducentos & quadraginta eqvitum. Prælio igitur feliciter exacto, rebellibus & Barbaris Hunnis cæterisq; devictis, triumphator extitit magnificus. Domum cum comitatu ex votis omnium re-

B

ver-

versus, depraedicabat magnopere affectum totius exercitū, nec dimittere statim Principes Eqvitesq; Germaniæ ac Italiæ voluit, sed propter fidem Imperio exhibitam vicissim remunerationis quidquam ipsis exhibere tentavit, in Ludis eqvestribus ac pedestribus, venationibus, aliisq; hujuscemodi artibus. Qvicquid tamen fuerat, nondum suffectorum autumavit gloriosissimus Imperator pro singulari & devoto obsequio, quod unanimi consensu præstiterunt imperii Principes, & verebatur præterea Imperator, ut quiesceret gens, ideoq; adhuc per tempus manere rogavit, & torneamenta hæc, de quibus in præcedente thesi dictum, promisit. Conf. RUXNER. in proœm. des Thurnier-Buchs fol. 2. 3. 4. & seqq. ad fol. usq; 13.

Th. VII.

Quo tempore verò Primum hocce Torneamentum sit celebratum, valde inter se discrepant Historici. RUXN. fol. 20. d. l. contigisse putat Anno 938. cui opinioni & subscribunt GOLDAST. in den Reichs Sätzungen pag. 4. MÜNSTER. in Cosmogr. lib 3. de Germ. c. 481. Item AUGUST. VISCHER. in tract. jur duell. Univ. part. I. de duello provis. p. 486. Alii remeant ad annum 935. uti SPANGENBERG. in der Mansfeldischen Chronicle / c. 127. p. 122. Michael Sachse/ in der Räuber Chronicle / in Vita HENRICI AUCUPIS, ALBINUS, CRUSIUS, & alii, quibus & ego in re alias satis obscurâ calculum habens adjicio, quia secundum accuratissimam supputationem Historicorum ac Chronologorum Anno Chr. 936, fatis jam HENRICUM concessisse proditum reperimus, ita ut hoc anno HENRICI Filius OTTO M. Imperator Occidentalis factus fuerit. Conf. SCHRAD. Tab. Chron. Sec. 9. & 10.

Th. VIII.



Th. VIII.

Torneamentorum vocabulum unde derivetur & cujatis sit, non conveniunt Doctores. WEHNER. in *Observ. pract. p. 465. col. 1.* putat minus rectè latinum esse & dici, qvia Veteres Tyrones dixerunt pro militibus. Hinc ALEMANNI Törner/ut & TRONIUM corruptè pro TTROCINIO, vel ludo eqvestri, & ita barbarè inde formaverunt Torneamentum. LIMNÆUS verò lib. V. f. P. c. 5. num. 1. & seqq. putat vocem hanc esse Italicam, & Italise exercitium hoc eqvestre vocari TORNEAMENTO, vel TORNIAVENTO: fortassis à Tornare, qvod illis interalia est redire. Hi enim, qvi isto modo decertant, eunt, redeunt, & omnes arenae angulos percurrunt. Unde à Gallis etiam nominatur TOURNOR, i.e. decursorium, à verbo TOURNOTER, qvod iisdem est huc & illuc vagari; cui sententiae calcum addit PHILIP. ANDR. OLDENBURGERUS in LIMN. Enucl. lib. 3. c. 31. n. 1. Reperiuntur etiam nonnulli, qvibus antiquitati ad superstitionem usq, litare res magni ponderis videtur, & qvi Torneamenta ludos appellant Trojanos, nempe pro Trojano agmine Torniamen. Hujus generis sunt qvamplurimi, nimirum ROSIN. antiquit. Rom. lib. 5. c. 25. NOLDEN. de Nobil. c. 11. num. 33. WOLF. HUNGERUS BAJORIUS, & alii: itaq; ob dissensionem Autorum incertus hæreo, cui subscribam opinioni. Si tamen omnino aliquid certi statuendum est, media præ reliquis mihi verisimilior videtur. Ad Homonymiam vocis pertinet, qvod doctissimu CAMDENUS in *Britannia* suâ p. 191. Torneamentum & Mensam rotundam pro iisdem habet, qvæ tamen aperte separat MATTHÆUS PARISIUS in HENR. III. ad an. cl. CCLII. Milites, inquiens, ut exercitio militari peritiam suam, & strenuitatem experirentur, constituerunt unanimiter, non in bastiludio illo,

illo, quod communiter & vulgariter Torneamentum dicitur,
sed potius in illo ludo militari, qui Menfa rotunda dicitur,
vires suas attentarent. Vid. VOSS. l. 2. de Vitiis serm. & var.
Gloss. c. 18. p m. 3ii. Constat præterea, quod Torneamenta
communiter Ludi Equestres dicantur, id est quia in his c pa-
lastrâ eqvis usi fuerunt. Putabant enim veteres id viro
Nobili maximè convenire; quod ad nostra usq; tempora
remansisse videtur, ubi in lustrationibus hodiernis, ben den
Musterungen / eqvis comparere solent. KNICHEN. de
jure Territor. c. 3. n. 366. Quapropter ditqvirendum venit, an
etiam dentur Ludi pedestres ? quod probatur per Ludos à
MAXIMILIANO Rege Bohemiæ in honorem Invictissi-
mi Imperatoris FERDINANDI Viennæ habitos zu Ross
und Fuß / Anno 1615. Indictum enim solenniter fuit, factaq;
publicatio à tribus Prætoribus & Ehrenholdis in aulâ Cæ-
sareâ, additis 10 illius certaminis legibus; ipsum demum
Torneamentum d. 12. Junii solennissimo ritu peractum:
nec ignotum est. Torneamentum ejusmodi An. 1650. mense
Decembr. in Aulâ Serenissimi Potentissimique Electoris
Saxonie, cum festivitates nuptiales SERENISSIMO-
RUM CHRISTIANI & MAURITII DUCUM
peragerentur, celebratum esse. Illud tamen in propatulo
est, si primam originem eorum consideremus, nullum pe-
destrium per multa secula fuisse usum, seqviore tamen
tempore incerto autore equestribus esse addita, introdu-
cta procul dubio ad imitationem equestri, ut privata
potius hujus vel illius Principis, quam publica totius Im-
perii vocari queant.

Th. IX.

Personas autem quod attinet, quæ circa Ludos hosce
occupantur, vivunt in dupli differentia. Aliæ enim sunt
insti-

instituentes, aliæ recipientes. Hæ Subjecti, illæ efficientis
causæ rationem habent. Instituentes inter Prima ac Priti-
cipalis Persona Imperator est, vel quicunq; in Republ.
summat & irrefragabilem potestatem obtinet. Nam sic-
uti in eo omnia resident jura, & ab eo tanquam capite ac
perenni fonte in inferiores quoslibet jura ac privilegia e-
manant; sic ad eundem refluunt omnia. Ecquid enim
Torneamenta aliud, quam institutum civile sunt, exercen-
dorum in armis nobilium gratiâ ex cogitatum? Qvod cum
sic se habeat, dispalescit facile, dispositione de iis Majestatis
esse, aut ejus, cui à Majestate communicatur. Neq; in Im-
perio Germanico id aliter fuit observatum. Primum e-
nim Torneamentum ab HENRICO Aucupe; Sextum
verò à CONRADO II. Septimum ab HENRICO III. duodeci-
num ab HENRICO VI. indicta, celebrataq; fuisse, testis
est LIMN. lib. V. c. 5. ita quoq; de reliquis. Deinceps ad Prin-
cipes quoq; Imperii spectant, non tamen indist nec ad o-
mnes; sed ad Quatuor eos potissimum, nempe Rhena-
num Palatinum, Svevum, Bavaram & Francum, qui acce-
perunt jus istud feudi nomine. Tandem referunt Histo-
rici, quod munus istud quoq; pertinuerit ad Praefectos ho-
rum ludorum, die Thurnier. Bdgte / quos à Principibus
ipsis electos RUXNERUS memorat, ut Vicarii quasi Prin-
cipum essent in indicendis hisce certaminibus. Ex quibus
clarum est, eos administræ partes causæ in hoc negotio
obiisse. Eo tempore à quatuor ipsis Principibus electi sunt
MENOLPHU, DN. ERBACHI, CAROLUS, DN. HOHENHE-
WENSIS, GREGORIUS, DN. WOLFHANTSHUS. ERNESTUS
GRUNBACHIIUS, Eqves auratus: His autem idem jus tan-
quam feudum competuisse vix dici poterit, cum nullib; re-
periatur. Singulis enim certaminibus absolutis, novi electi

Sunt Præfecti, uti RUXN. und gab man den vter neuier-
wehlten Thurnier. Vögten den ersten Dancf. Deniq;
& ad Nobiles jus istud spectasse, exinde colligi potest, qvia
qatuor horum Circulorum Nobiles sæpius indixerunt
Torneamenta, uti apparet ex OLDENBURGERO in Limn.
Encl. lib. 3. c. 31. n. 5. Hoc enim antiquis temporibus qvi-
dem moris fuit circa Torneamenta constituenda, aut in-
dicenda. Attamen usq; adeò non patet, qvibus idem ju-
ris hodiè competat. Neminem certè reperiri arbitror,
qvi judicij & rationis ita expers sit, ut de Imperatoriâ Ma-
jestate dubitare auderet, cùm id luce clariss sit, qvòd Im-
perator à se non abdicaverit jus indicendi Torneamenta,
nec privativè intelligatur deditse, sed potius cumulative.
Qvare existimo, dum per ducentos nunc ferè annos Prin-
cipes illi, qvibus à Majoribus illorum de manu in manum
tradita fuere jura, iisdem non usi sunt, (nullib[us] enim repe-
rimus vestigia ullius certaminis universalis per totam Ger-
maniam), ea summo præscriptionis titulo ad Imperato-
rem revoluta esse, hæc verò limitatione, nisi denuò in in-
terventione successoribus eorum tributa sint, & adhuc tri-
buantur, & tunc non usūs non poterit haberi ratio tanta,
qvod sicco transimus pede. Sed si nova constitutione
Imperi forsan opus esset, nulli magis post Imperatorem
hæc competere possunt, qvām Electoribus, & in primis
Secularibus. Regibus enim æqviparantur, MÖLLER.
1. Semestr. c. 40. n. 4. qvi Imperii decus, columnæ & latera,
A. B. c. ult. & c. 24. §. 1. & membra Corporis Imperatoris ju-
re suo audiunt. *A. B. c. 24.*

Th. X.

Ansam verò præbuit ad certamina ista, uti jam supra
dixi, tūm promptissima in auxilium oblatio selectissimā
rum

rum copiarum; tūm ut Imperator remunerationem alii-
eniq; qvam laborum redderet Principibus, Comitibus, atq; No-
bilibus, qvi ipsi intererant bello; tūm etiam ut Nobili-
tas Germaniae jam dudum exercitiis condignis exulta,
his qvoq; ad bella aptior redderetur, ac victrix semper in
hostium præliis existeret. Adsunt verò in Torneamentis
personæ qvæ ipsæ non decertant, sed certis muneribus
funguntur. Sic (1) die Thurnier-Bögte/ qvos judices aut
Reges Torneamentorum communiter appellant, qvibus in-
cumbebat, Torneamenta indicere, curare qvoq; ut locus,
in quo illa erant celebranda, omnibus modis perficere-
tur, porrò de Salvo conducto & omnibus necessariis ad-
ventantibus prospicere, die decertationis nomina eorum,
qvi licentiam decursionis impetrarunt, matriculæ insere-
re, lustrationi armorum & partitioni galearum interesse,
intra funes ad Torneamentorum celebrationem consiste-
re; zwischen den Seilen halten/ & qvæ alia eorum officia
erant, uti recenset OLDENBURGERUS in Limn: Encl:
lib: 3. c. 31. n. n. (2) die Grieshwärtel/ qvi Nobiles ita a pel-
lati sunt ratione officii; in qvonam vero id constiterit, as-
serere perqvam difficile videtur. Etymologiam hujus
vocabuli si examinem, dicente OLDENBURGERO l. c.
Grieshwärtel non aliam ob rationem dicitur, qvam qvia
arenæ vel areæ inservit. Griesz enim arena est, & Wårtel
oder Wårter/ qvi inservit aliis. (3) fuerunt die Gesell-
schaft Bögte/ iiq; Regibus assistebant, qvò sublevaren-
tur ex parte: (4) eligebantur qvatuor Seniores, & totidem
juniiores Nobiles ex istis Provinciis, qvorum munus consi-
stebat in ferendis, conspiciendis & distribuend s præmiis,
qvibus addebantur virgines, uti prolixè satis ea memorat
RUXN: f: 34. & 35. Pervenerunt etiam ad certa officia plebeji

non

etieß-
eniq;
t, qvia
erunt
Limn.
s qvi-
ut in-
m ju-
itror,
à Ma-
d Im-
menta,
ativè.
Prin-
anum
repe-
n Ger-
erato-
in in-
uc tri-
tanta,
itione
torem
primis
ELLER,
atera,
oris ju-

supra
sfin- a-
rum



nonnulli, qvorum præcipui hi erant (1) die Stäbler / qvorum officium prolixè describitur in *Limn: Encl: lib: 3. cap: 31. num: 13.* (2) Persevanten / Ehren-Knechte / Ge- fellschaft-Knechte / (3) Nachfolger der Wappen und Ehrenholde / & consistebat horum munus in quatuor hisce, (1) ut Lustrationi armorum & lortitioni galearum etiam interessent (2) ut Leges & statuta in his Ludis ob- servanda recitarent, (3) ut proclaimarent, qui pro altero poenæ & decursioni se offerrent, agnitis armis insignibusq; ejus (4) ut Regibus circulorum in exhibitione testimonii decursionis adessent.

Th. XI.

Sed qvum hactenus de iis personis actum, qvibus jus indicendi Torneamenta competit, aut qui inserviunt in actu decertionis; convenit, ut & eas, qvibus indicuntur, vel qvæ illis interesse possunt, vel debent, paulò penitus contemplemur. Et in propatulo est, qvòd soli illi, qvigeneris Nobilitate, ac stemmatis prosapiâ coruscant, propter primam fundationem capaces exercitiorum sint, tanquam verum atq; unicum subjectum, uti probari potest ex universâ historiâ, qvam *RUXN: fusius in prefat: Des Thurnierbuchs fol: 12. tradit:* Also behilt der Räyser bey Ihm/ alle Herrschafft von Teutschchen und welschen Landen/ und vermeinte seinen werthen Gästen noch mehr Lust zumachen. Clare seit hoc insuper ex duodecim illis Legib⁹, qvibus à principio Ludi hi eqvestres statim muniti sunt; Quæ die so Rittermässig von Adell Gebohren und her- forminen sind &c. Cœterum cùm Nobilitatis vocabu- lum generale admodum sit juxta HUBERTUM MYRÆUM in prefat. tract. de origin. eqvestr. dign. & ad multos alios extendatur, dum quidam Titulares dicuntur, qvales Im- pera-

perator, Rex, Princeps, Marchio, Comes, qvi speciali ali-
qvo Nobilitatis titulo præfulgent; qvidam autem his con-
tradistinvguntur, & in specie Nobiles nuncupantur; haud
absurdè qværitur, an Titulares illi Nobiles, uti vocantur,
ad Torneamenta admitti debeant? Nonnulli dubitant, ex
qvibus est ANDR. FAUTN. lib. 10. du theatre d' homme, chap. 3.
p. 1751. qviait: Regiæ & Principalis dignitatis personæ ab his
ludis eqvestribus se abstineant: Reges enim sui Regni co-
ronâ, Principesq; serto caput adumbrare contenti, non so-
lent, ut alii, in hisce ludicris pugnis decertare, nec ulli soda-
litati interesse debent: Idque ratione dignitatis; ratione
verò periculi memorat BERNHARD de GIRARD Signeur
de Haillan l. 3. p. 200. de l'estat & succes des affaires de France,
jam olim Reges non permisisse, ut Principes sangvinis for-
tunam suam periclitarentur Torneamentis, qvum sapientius
visum, è ludicris istis certaminibus multa, imò maxima in-
commoda resultasse. Exemplum nobis suppeditat misera-
bile fatum HENRICI II. Galliarum Regis, qvi minimè
in personâ suâ observavit, qvod Reges olim Principibus
sangvinis denegabant. Hic enim in festivitate nuptiali, in
via Antoninâ, haud procul de la bastille, ut eorum utar idio-
mate, Mongomerium custodiæ Præfectum, invitum ta-
men & reluctantem, ad certamen provocavit, lanceâ in
manus traditâ, sed infelici eventu, fractis lanceis incurren-
tium eqvorum impetu, frustulo ligni per casidem pene-
trante, totumq; bregma violante, miserè intra novendum
animam exhalavit. Invenio a. tām apud RUXNERUM, qvām
ceteros Historicos, qvōd in Torneamentis, qvę ab HENRICO
AUCUPE primū in Germaniam introducta sunt, Titula-
res illi Nobiles decertaverint. In primo enim, qvod Mag-
deburgi institutum est, Torneamento, Imperator ipse fi-
liusq;

C

liusq;

Ilusq; ejus unus, haud exiguo Principum numero præsen-
tes fuere, ac decertaverunt ipsi, semper tamen, ut in illis
emicaret singularis Heroum virtus, ideò & comparebant
distincti à cœteris Nobilibus, qvoad ornamenta capitis,
qvod & fecit CONRADUS II. Imp. in Tom. VI. da Er
selbst in den Thournier geritten/unter seiner Ray-
serlichen Krohn blosses Haupis.

Th. XI.

Hæc dicta sufficient de Nobilibus Titularibus, sequn-
tur jam alii, qvi non sunt Titulares, sed Nobiles in specie sic
dicti, Germanicè von Adel / Edelleute; iiq; omnes ad lu-
dos equestres admittuntur, nisi specialiter reprobati inve-
niantur. Observatu tamen dignissimum, ut sint masculi.
Bem eum ; ræludia sunt equestres ludi ; qualia cum solos
viros deceant, absit, ut mulieres ad has decertationes ad-
mittamus. Unde cùm Pheretima mater Arcesilai Cyre-
næorum regis ab Enelthono Principe Salaminis exerci-
tum petiis et, pro restituendo filio, Enelthon misit fusum
aureum, & colum pensocircumdatum, prescribens, talia do-
na deberi mulieribus, & non ex eis citus. HERODOT. l. 4.
Qvia tamen & fœminas ad ludos hosce comparuisse cer-
tum est, haud immerito exinde de earum conditione, &
qvænam illarum in hisce decertationibus fuerit præsentia
ratio dispiciam. Apud Lipsium videre est, qvod fœminæ
aliqvando apud Romanos in publicis gladiatoriis ludis de-
certarint, qvod tamen SCto Severi Principis sublatum est:
imò antiqui Romani more istum, ut mulieres penitus
scenis exessent, à Græcis, & imprimis à Lacedæmoniis in
Rempubl. transtulerunt. Sed in desuetudinem planè abiit
ista constitutio, & admittuntur fœminæ ad ejusmodi lu-
dos, (1) Spectatum, qvia sunt honesti, & ab omni turpitu-
dine

dine atq; obscœnis remotissimi, & robur pugnantium ho-
nestarum atque pulchrarum Matronaru ac Virginum
præsentia occultâ vi plurimum augeri solet. (2) ad pre-
miorum distributionem, die Dancfe auszusheilen / (3) ad
choreas, (4) s̄epius ad designationem loci, & temporis fu-
turi Torneamenti, ut & ad revisionem atq; sortitionem
galearum admistas esse illas Historici testantur. Illegitimè
verò nati, & qvi extra matrimonium procreati sunt repu-
diari absq; omni dubio poslunt, qvia tales undiqvaqve o-
diosi habentur ; idcircò etiam apud plebem istiusmodi
spurii ne qvidem ad artificum admittuntur collegia, uo
sie nicht einen Geburts-Brief haben / daß sie eh lich
gebohren : vid. STRUVIUM, Syntagm. f. C. Ex. VII. ch 20.
multò minus ad nobilissima hæcce sodalitia. Sic & res se
habet cum iis, qvi Nobilitatem suam haud probare pos-
sunt ex qvatuor Avis Maternis, Paternisq;, uti hoc ipsum
affirmat articulus duodecimus, de qvibus deinceps erit di-
cendum, qvod & adhuc multis in locis observatur, ut in Si-
leziâ, teste GEORGIO à Wentsky & Petersheyda. Sic &
in Poloniâ, & in Hispaniâ, & de jure Sax. nemo, nisi maiores
Nobiles habens, feuda possidere potest, Alle die nit von
Ritters Art / von Vater und vor Eiter-Vater geboh-
ren, sollen Lehren Rechts darben / ut est Lehn Recht c.2.
in princ.

Th. XIII.

Nec admirandum, qvod ad Nobilitatis probationem
tantam posuerint pœnam, cùm non solùm ei, qvi ignobi-
lem duxit uxorem, interdicti sint hiludi, ut si intervenisset
is, more solenni verberibus multaretur, ac pœnis consve-
tis affligeretur ; sed & ad liberos in tertium usq; gradum
extendatur. Qvaritur verò, annon Imperator aliquem

C 2

ita

ita nobilitare posse, ut ad hastiludia admitti queat? Quâ
dere longè latèq; disceptatum est, & præcipue hanc quæ-
stionem singulariter examinavit FRID. BRUCKMANNUS,
in tract. de Regal. ubi tandem ita concludit, qvod facere
possit. Nam id nemo inficias ibit, qvod Principi statuere
liceat contra ea, qvæ Juris sunt Civilis, qvod mutabile est,
§. pen. Inst. de I.N. G. & C. Nec dubium est, Imperatorem,
dum habet jus leges ferendi, potestatem quoque habere
alrogandi easdem, licet ab Antecessoribus latae, nisi fun-
damentales sint, qvas vi juramenti promisorii servare te-
netur, *proœm. A.B. CAROLI IV.* Quâ ratione commotus af-
firmativæ lubens ad stipulor opinioni. Exinde enim ne-
que detrimentum capit Respubl. nec aliis quispiam, li-
cet plures cooptentur in Nobilium ordinem: & quam-
vis lex Ludorum Eqvestrium supra citata obstet, hoc ta-
men subintelligendum, nisi Princeps aliter constituat, aut
peculiari gratiâ aliquem à lege illâ eximat. Qvod si ete-
nim hoc fiat, iniquum esset, in qvadam actu autoritati
Principis aliquid derogari, qvod & probandum consuetis
ex diplomate verbis, quo Nobilitas defertur: *Haben Ihm*
umb solcher seiner Redlichkeit / Adelicher gütter Sitten
und Tugenden / auch andern zu einer Anreizung / sc.
in den Stand und Grad des Adels unserer und des
Heil. Römischen Reichs/ auch unserer Königreiche und
Fürstenthüme und Landen / recht Edel-Gebornen/
Wapen und Lehens/ Thurnier Genossen / und Ritter-
mäßige Leute erhebet. Allermassen und Gestalt als
ob Sie von Ihren vier Ahnen Vater und Mutter Ge-
schlechten ; benderseits recht Edel-Geborne Lehens /
Thurniers-Genossen / und Rittermäßige Leute gebo-
gen worden / sc. De patritiis verò hic disqvire re operæ
pre-



Qvā
væ-
us,
cere
uerē
e est,
rem,
bere
fun-
e te-
us af-
n ne-
m, li-
vam-
octa-
t, aut
si ete-
oritati
suetis
Jhm
Eitten
ng. sc.
nd des
e und
ornen/
Ritter-
alt als
er Ge-
hens/
e gebo-
operæ
pre-

pretium qvoq; esse videtur, utrum scilicet & illi repudians
di sint à Ludis hisce? Reperio enim apud Scriptores, in
duodecimo Torneamento Noribergæ celebrato qvos-
dam admissos, & eos quidem tantum, qvibus Nobilitas de-
lata à summo Principe, die Adeliche Geschlechter/qvos in-
ter tres præcipue celebres recensentur, qvi adeò fortis se
præbuerunt, ut & hi, qvi in ipsis Principum aulis ad heroi-
ca ista certamina ducti, doctiq;, melius peracta non pera-
gere potuissent, Imperatore ipso teste, qvi horum & privi-
legia Moderator confirmavit, ita tamen ut mercaturâ &
cauponariâ abstinerent, suis commodis vicitantes. Tan-
dem omnes excluduntur à Ludis, qvi aberrant à legibus,
qvcunq; modo etiam fiat, qvas ipse Imperator HENRI-
CUS cum quatuor Principibus eorumq; Consiliariis com-
posuerunt, uti deinceps latior de iis discurrendi copia
erit.

Th. XIV.

Hactenus dicta de personis, qvæ Ludis istis interese pos-
sunt, aut ab iisdem arcentur, sufficiant: Seqvitur, ut &
actum eorum paulò penitus consideremus. Creden-
dum verò, non fortuitos fuisse eos congressus, sed circum-
stantiis omnibus ac requisitis ad id perpensis, & deliberato
consilio institutos; qvare & semper promulgatio fiebat à
quatuor præfectis Torneamentorum, per omnes partes
Imperi. Designabatur nempe locus & tempus eorum,
qvō convenirent tam decertantes, qvām spectantes; præ-
primis verò curabatur, ut hospitia redderentur commoda
adventantibus, pro cuiuslibet conditionis dignitatisq; sta-
tu, in loco instituendorum Torneamentorum. Deinceps
arenæ locus ad decrandū idoneus elgebatur & con-
tuebatur. Catadromum sive septa qvod attinet, in primo

Torneamento haud procul Magdeburgum jacens Insula electa est, das Werder / hodie der Marß appellatur, & postea alia quoq; loca, prout in rem facere videbantur. Qvod verò maximum erat, Imperator salvum conductum vel securitatem constituit omnibus, qvi ad ludos istos veniebant, tanquam ad nundinas prnsfciscentibus, *Conf. CALVINUS in Lex. Jur. voc. Torneamentum*; qvia voluit Torneamenta esse conventus amicissimos, & qvidem adeò, ut neq; ob delictum, neq; ob contractum incommodum actio alicui accrescere posset, nec impedimentum aditus vel redditus haberent. Postea dicta die conveniebant ii, qvi vel decertabant ipsi, vel ludis istis interesse poterant, in loco destinato, & profitebantur nomina sua apud Præfectum, secundum primum institutum illud, ut apud Ludorum Regem, bey Ihren Landes Thurnier-Vogt/nomen suum ederent, tribus ad minimum præsentibus Heroldis; qvā in re cuilibet cavendum, ne defectum haberet originis & familiæ; imò demonstrare cogebatur, qvòd Parentes ipsius pariter admissi jam ante fuerint Torneamentis, qvæ verò probatio posterioribus temporibus ad avos tantum extenditur. Pertinet & huc institutum, ne qvis comitati prodiret ad Torneamenta, qvām sextus in Eqvo, si Comes esset; quartus, si Baro; tertius, si Eqves; & secundus ex reliqvâ Nobilitate qvilibet, qvæ lex eum in finem promulgabatur, ne hospites nimium dispendii facerent, cùm sumptibus & liberalitate indicentis in toto Torneamentorum actu viverent. Qui verò majori comitatu stipati veniebant, nec illi dicām metuere poterant: Cuilibet enim licet favori pro se introducto renunciare, qvia nullum inde incommodum accrescere potest hospiti; cuius rei exemplum præbet Torneamentum,

qvod



qvod Tiguri An.Chr. 1165. institutum est, cui multi Nobiliūm ac Eqvitum suo ære interfuerunt.

Th. XV.

Deinde & prohibitus est nimius vestium luxus, qvā de re certæ leges vestiarie institutæ sunt, præcipue verò in Ordin Hailbron. de Anno 1485. §.37. item, Es soll kein Edelmann / Thurnier-Genoß / Ritter oder Edel-Knecht / Gülden oder Silbern Stück / als nur zum Wammes-
sen / tragen. Desgleichen soll kein Thurnierer / der nicht Ritter ist / kein geschlagen Gold noch Ketten tra-
gen/ auch keine Perlen öffentlich tragen/denn verdeckt;
ausgenommen Ring und Kleind, darumb einer Rit-
ter Spiel treiben wolt: und welcher das überführt/
und nicht hielte / den mag man in Thurnieren darumb
straffen. Ad fortitudinem enim non prodest splendor
vestium, nec paupertas Nobilitati officit. Porro & Tor-
neamenta ipsa adhuc anteibat Armilustrium & Galearum
inspectio, qvod galeæ & insignia Nobilitatis documentum
præbebant. Arma autem ita formata esse oportebat, ne cui
numento essent, aut periculo. Qvod ad Gladium per-
tinet, de eo apud Rux. fol. 178. ita legitur: Man wil kein
Schwerdt zulassen/es sen dann zum minsten dritthalb
oder drey Finger breit / auch an der Spize in derselben
Breite/und stumpff abgeschlissen/ daß es daran nichs
stechen oder schneide: Sic & reliqua omnia arma, ut & e-
orum ornamenta, ita debent esse parata, ne quenquam
lædere valeant, Er dorste kein Eisen oder Stahl in sei-
nen Baum/Gügel/Sattel/oder Streif-Leder machen/
daß da schneiden oder stechen könne/ oder dessen gefähr-
lich gebräuchen. Exinde neque eqvo mordaci, calcitro-
so & sternaci uti licitum erat; omnia hæc propterea, ne

vera

vera depugnantium clades promanaret, sub ludorum ac honestæ recreationis specie. Qvia tamen s̄apius siebat, si qvidem Mors omnibus diebus sit exspectanda inevitabilis; ut & præter intentionem decertantium in ejusmodi Iudicris congressibus cædes aliqua pararetur, uti ejusmodi tragica exempla apud LIMN.lib.6. Jur. Publ.c.5. n.130. Et seqq. quam plurima traduntur, ideo omnes peccata sua expiare, & se cum Deo reconciliare per Sacram Synaxin jubebantur.

Th. XVI.

Hicce finitis sequitur, ut ad Catastromum, instituendumq; in eo certamen progressum parem. In illo considerandi obveniebant partim Nobiles, iijq; præcipue; partim & plebeji. Illi enim vel moderaturi decursiones certis fungebantur officiis, vel ipsi decertando vires experturi. Quid muneris Moderatorum fuerit, jam supra th.9.10.& 11. mentionem feci. Decertaturis per Heroldos prælegebantur Leges, quæ juxta institutum Sacratisimi Imperatoris ita habent:

I. Qvicunq; ex Nobilibus aliquid egerit aut dixerit contra sanctam fidem nostram, arceatur à Torneamento; & si prætextu nobilitatis majorum suorum præsumperit torneamenti ludum percusius confundatur.

II. Qvicunq; nobilibus ortus parentibus egerit contra Sacrum Romanum Imperium, aut contra Cæsaream Majestatem, puniatur & verberetur publicè in torneamento.

III. Qvicunq; nobilibus ortus parentibus Dominum suum prodit, aut fugiendo illum deserit, aut aliâ viâ, necessitate non urgente, fugam in exercitu movet, aut concives suos innoxios occidit, in torneamento puniatur.

IV. Qvi-

113V



IV. Qvicunq; Nobilibus ortus parentibus violaverit aut infamaverit verbis vel factis mulieres, aut virgines, puniantur publicè in torneamento.

V. Qvicunq; Nobilibus ortus parentibus deprehensus fuerit corruptio sigillum, aut violasse juramentum, aut declaratus fuerit infamis, aut pro tali habitus, is ceu indignus torneamentum non ingrediatur: si ingressus fuerit, impunis non egrediatur.

VI. Qvicunq; Nobilibus ortus parentibus consortem leti secretò aut apertè interficerit, aut consilio, sive facto cooperatus fuerit ad interitum Domini sui, erga talēm jus torneamenti exerceatur.

VII. Qvicunq; Nobilibus ortus parentibus Ecclesias, sacella, viduas aut pupilos spoliaverit, aut qvod eorum est, apud se potenter retinuerit, cùm illi magis tutandi & juvandi sint, puniatur.

IX. Qvicunq; Nobilibus ortus parentibus alterius fit hostis, & causam suam legitimo ordine aut jure belli non agit, aut exeqvitur, sed adversarium rapinis aut incendio lædit: potissimum autem qvi frumentum & vinum perdit, unde Republicæ incommodetur; aut qvi pro publico raptore declaratus fuerit, in torneamento cædatur.

X. Qvicunq; Nobilis in Imperio novationes aliquas facere, aut alia gravamina imponere præsumpsit, præterea, qvæ ab antiquis temporibus in usu habentur, sive id fiat in Principatibus, sive in Dominiis, aut aliis jurisdictionibus, in aquis aut terris, sine scitu & assensu Romani Imperatoris, ita ut mercatores publicis itineribus ire negqueant; undè regionibus non parum incommodari possit in commeatu & temporis necessitatibus; in torneamento publico puniatur.

D

X. Qvi.

X. Qvicunq; Nobilis adulterium perpetrasse, aut mulieres ac virgines stuprassse convincitur, puniatur in torneamento.

XI. Qvicunq; Nobilibus ortus parentibus non dicit vitam Nobili homine dignam, vivendo scil. ex censibus & redditibus feudorum hereditariorum, aut feudorum ob ministerium concessorum, aut vicitando ex militari stipendio, aut donativo sibi ob suas consultationes à Principe designato, aut ex propriis allodiiis vivendo: Sed misceret se commerciis negotiatorum, aut camporum, aut emit, qvæ rursus carius vendat, aut utitur aliis malis artibus, qvibus nocet proximis, aut iubdit suis, contemptibilemq; reddit nobilitatem suam; is sine verberibus ingredi nequit chorum torneamenti.

XII. Qvicunq; torneamento interesse vult, & ex Nobilibus parentibus ortus non est, neq; ex quatuor avis suam probare potest Nobilitatem, hic nullo pacto potest ingredi militarem ludum. MÜNSTER. l. 3. Cosmograph. Et ex eo MATTH. STEPHAN. Tract. de Nobilitate, c. 4. §. 22.

Præter illos duodecim erant adhuc aliae, de turbis vitandis, habendo silentio, aliisq; ejuscemodi, qvæ simul pronunciatae sunt, qvas VISCHER. in tract. de duell. part. I. art. 3. c. 2. memb. 4. p. 191. commemorat. Significabant etiam jam dicti Ehrenholdi publicâ proclamatione, si quis pro altero pœnæ & decurcionis subjicere se veller, adjecto nomine & cognomine, idq; propterea, ut Gynæcum imprimis, aliiq; spectatores scirent, eum non pro se, sed alterius, & qvidem consangvinei causâ, hæc pati.

Th. XVII.

Restat ut adhuc certamen & ipsam decurcionem ponderemus. Sed cum res sit maximi ponderis, fateor,

quod

quod tanta dicendi copia, tantaq; vis, non competit juve-
ni, qvi vix Oratorum amplissima studia aggressus, nedum
emensus adhuc, qvorum beneficio delineare possit dignis
coloribus splendidissima illa veræ virtutis exercitia. Glo-
ria ipsa, qvæ adhuc floret, de generosis illis pectoribus sa-
tis superq; famam extolleat. Attamen ut paucis rem de-
claremus, sciendum, qvòd convenerint ad diem constitu-
tum, & horam, & in Carceribus collocati, divisione per-
actâ, signoq; tubis dato, & funibus incisis certamen auspi-
catisint. Tunc si vel clavarum pugna, qvæ prima fuit, vel,
qvod subseqvebatur, gladii s initum certamen, vel, qvod
demum ultimum erat, ipsum hastiludium, consideretur,
generosa prostant pectora fortitudinis perqvam strenuæ
ardore incensa, qvæ tanto conatu pugnaverunt, ut eorum
laudes ipsa fama jam pridem immortalitatis cedro, suf-
fragante universo orbe, consecraverit. Durabant hæ de-
cursiones simplici vice ad sesqui horam, vel duas, donec tu-
bis denuò resonantibus, funibusq; incisis certamini finis
daretur. Lubet ex LIMNAE O. l. c. in vernacula totum decer-
tationis actum exponere: Ad constitutum diem horamq;;
inquit, ist man in die Schranken geritten / hat getheis-
let / und auffgeblasen / dann die Seile abgehauen. Da
hat der Thurnier angefangen / und geswehret bisweilen
anderthalb Stunde / bisweilen zwo Stunden / dar-
auff als wieder auffgeblasen worden / hat man die Kol-
ben fallen lassen / zu den Schwertern gegriffen / und
die Kleinod einander abgehauen / damit seind die
Schranken auffgangen / und ist der Thurnier ver-
richtet gewesen. Postero die hat man das Gestech in ho-
hen Zeugen angefangen / darinnen man dem / so in
Stechen seinen Spieß zerbrochen, da desß andern ent-
gegen

Dij

gegen ganz verblieben / el'en Fall zugeschrieben / war eben so viel / als hätte er seinen Gegenpart aus dem Sattel gehoben und gerässt. Unde formula, der habe den Dancē behalten mit so ledigen fällen. Deinceps hat man auch andere Ritter-Spiele getrieben mit ringen/ springen / lauffen / Stein und Stangen stossen / und werffen. Hæc LIMNAE us.

Th. XIIIX.

Sed quum omnis labor ingratus sit, quem non sequitur remuneratio, & quem debita præmia non excipiunt, quod & nec eos latuit, qui duello tantum olim honorem dabant, quantum vix Imperatoribus triumpho in urbem Röman inductis exhiberi fuit solitus, benè id ponderavit etiam Augustissimus HENRICUS, cum primus ista Torneamentorum exercitia in Germaniam introduceret. Varia enim instituit, tam ad recreandos animos, quam etiam ad remunerandos hospites, peracto in arenâ negotio. Nam solemni ejusdem diei vesperâ excipiebantur convivio, quod magnificum admodum delicatumque erat, frugalitate tamen temperatum, ut forsitan admirationem gigneret apud aliquos. RUXNERUS porrò commemorat, NORIBERGENSES exceptisse solenni convivio Imperatorem HENRICUM VI. cum omni comitatu Principum, Comitum, Baronum, Nobiliumque, ubi ipsi Moderatori 36. fercula, reliquis vero 24. apposuerint. Nostri si respiciamus tempora, vix plebeji ejusmodi convivio erunt contenti. Sic & modum in potando præscripsit Sacratissimus Imperator, quod colligi potest ex saluberrimæ constitutionis verbis apud GOLDASTUM in Reichs Handlungen fol. 28. Dass kein Thurnier Genoss zu halben oder ganzen austrocknen soll / viel weniger seinen Die-

nern

nern und Knechten solches zu thun wissentlich verstat-
ten. Benè enim perspectum habuit Imperator, qvale sit
vitium ebrietas, & qvanta incommoda ex illâ promanent.

Th. XIX.

Postea seqvebatur Brabejorum distributio, qvæ fi-
ebat per fœminas; ubi illi, qvi fortis adeò extiterunt, ut
victorum & supplicantum manus etiam inviti acce-
perint, ingentia laudum præconia, gratiarum actiones, cum
splendidissimis donis vel prœmiis accipiebant. Brabeja
verò alia ab aliis erant divisa:

1. Der Danck / so den vier Thurnier-Wögten gege-
ben ward.

2. Der Eltesten Danck.

3. Der Stecher Danck / oder derer / so in hohen Zeu-
gen mit stechen das beste gethan.

4. Der Danck / so denen gegeben worden / welche aus
denen vier Landen am besten gerüstet kommen / hodie,
der Zier-Danck.

5. Der Danck / welchen die empfingen / so am weite-
sten den Thurnier besucht hatten.

Diversa tamen semper erant munera, vulgo die
Ritterdånce & Knechtdånce. Consistebant verò bra-
beja vel in gladio inaurato, vel coronâ gemmis ornatâ, vel
annulis, & aliis aureis donariis. Dein Saltationes inci-
piebant, de qvibus multum olim disceptatum fuit. Fu-
erunt enim Momi, qvi easdem nigro calculo notare co-
nati fuere, uti **GUILIELMUS** Lugdunensis dicere solitus,
Choream esse circulum, cuius centrum esset Diabolus;
Alii dixerunt, qvod malent febricitare, qvam saltare. Sed
nullus dubito, qvin hodiernæ, eaq; honestæ saltationes,
maxime licitæ sint, qvia morum sunt formatrices, recre-
atio-

ationes, saluberrimiq; corporum motus, adeoq; juventuti
minime dislvdendæ. Sic & in Sacris res neq; reprobata,
neq; prohibita est, sed Adiaphora relinqvitur. Ergo non
simpliciter improbanda, sed pro cuiuslibet intentione di-
judicanda. Qvare & illas saltationes, in ludis illis Equestri-
bus recreationis ergo institutas, honestissimas & perqvam
dicitas non vereor confirmare. RUXN. f. 29. verb. Hernach
that ein jeder Furst und Herr einen Tanz in guter Ord-
nung mit denen Fraueu oder Jungfrauen/die Ihm
einen Dancē gegeben hatte/ und ward der Abend also
mit Züchten und Freuden zugebracht. Tandem, cum
omnia ista peracta essent, anteqvam domum repeterent,
qvisq; accipiebat literas, den Thurnier Brieff/ ac no-
men suum iterum in Catalogum dare necessum habebat,
ex qvo literas testimoniales accipiebant à Præfectis Tor-
neamentorum, in præsentia duorum Regum ludorum,
duorumq; Heroldorum, apposito Circulo cui præsidebant,
accedente itidem ipsius Regis subscriptione. Indicato de-
mum die futurorum Torneamentorum, cum salvi con-
ductus impetracione, qvisq; securus domum cum lætitia
redibat.

Th. XX.

Accedimus jam ad causam finalem, qvare Tor-
neamenta potissimum instituta. Reperio enim, qvòd mul-
tis in rebus non modò consideretur, qvid fiat, sed qvam ob
causam fiat: imò ex fine qvoque judicari potest, an vitupe-
rio vel laude dignus sit actus. Parili ratione qui primā ab
origine ludos hos equestres & eorum finem, juxtimq; ve
Sacratissimi Imperatoris institutum considerabit, justum
inveniet scopum, ut supra th. VI. ejusdem mentionem fe-
ci. Varia autem afferri possunt, ob qvæ Torneamenta in-
stituta

stituta sunt: Scilicet (1) honestæ recreationis gratiâ, & ad
restandam benevolentiam, gratiamqve Imperatoris, pro-
strenuis istis suppeditiis, qvas Nobilitas Teutonica indebel-
landis Barbaris exhibuerat. (2) ut certæ regulæ ad splendo-
rem Germanicæ Nobilitatis augendum proponerentur,
tanquam in locum antiquæ Romanorum suorum Civium
Censuræ. SPE IDELIUS, in *Speculo Juridico-Politico-Histo-*
rico-Philologicarum Observationum, pag. 1244. qvo spectant
verba Imperatoris: Leges Torneamentorum ita instru-
ctæ sint, ut in divini Numinis laudem, Sacri Imperii & to-
tius Germanicæ Nobilitatis gloriam vergant. (3) Ut Nobi-
lles desidiam fugientes in armis exercearentur, & sic ad se-
rium aciei conflictum præpararentur. Tandem ut Ty-
rannidem & superbiam, reliquaqve omnia vitia fuge-
rent. Ex qvibus omnibus colligi potest, qvid de Torneae-
mentis judicandum, & an rectè sint introducta; qvâ de re
vel maximè fuit disceptatum? Constitutio CLEMENTIS
V.P.M. negativa est. Hic enim rem omni laude dignissi-
mam execrationis ac excommunicationis ferire fulmine
non erubuit. Sic enim ille in *cap. i. X. de Torneamentis:*
Qvod inhærendo prædecessorum vestigiis, reperiisset de-
testabiles illas ferias, qvæ Torneamenta vocarentur, uti
milites ex condicione convenirent, ostentationis & audaciae
ergo, qvum sapientis inde cædes & animarum pericula ori-
rentur, se fieri prohibere, & si quis eorum moreretur, li-
cet non negetur poenitentia poscenti, Ecclesiasticâ tamen
illum carere debere sepulturâ. Sacrum hoc decretum
Interpretes Juris & alii Doctores itidem affirmârunt,
qvos inter & PEREZIUS ad Cod. lib. XI. Tit. XLIII. num. 3.
THELOSANUS Syntagm. Jur. Univers. lib. 39. c. 5. num. 34.
Sed ego potius ad stipulor decreto JOANNIS XXII. qui

con-



contradicit constitutioni alias satis ridiculæ ; & affirmo,
justè introducta esse & continuari Torneamenta. Nam
omnia considerem, qvæ proponuntur in eâ constitutio-
ne, nihil erit, qvòd opinioni contradicat meæ. Non di-
cam de eò, qvòd de *militibus* agat, sic enim non *ναζεροχνης*
Nobiles intelligit, ad qvos eqvestris militia jam olim so-
lùm pertinuit: neqve de eo, qvod *ex condicō* posuerit,
qvod videtur potius de gladiatoriis, qvàm de veris Tor-
neamentis dictum esse; illud ad ludos hosce eximiè non
quadrat, qvando dixit, *ostentationis & audacie ergò fieri.*
Illud enim ipsum est, qvod indignum planè tanti culminis
judicio paret *judicium*, sive *speces* Torneamenta reliquis
Nationibus familiaria, sive qvæ invictissimus HENRICUS in
Germaniam primum intulit, reperias singula illa jucundæ
honestæq; recreationis ergò & exercendæ virtutis bellicæ
gratiâ celebrata esse.

Th. XXI.

Illud verò plurimū profirmandâ Clementis Pon-
tificis constitutione facere videtur, qvòd mors & pericula
animatorum sèpius provenerint ex istis decursionibus. Non
inficiandum quidem, qvòd talia tristia exempla Magna-
tum qvorundam in Torneamentis interfectorum inve-
niantur, qvæ commemorat KIRCHNERUS orat. 25. vol. 1. p. m.
498. & legg. Sed cum præter intentionem casu fortuito
hæc fiant, & in honesto virtutis certamine, ita etiam Im-
perator formaverit legem, ut omnia tām arma, qvàm e-
qvorum ornamenta sic sint aptata, ne cui documento es-
sent; exinde puto neq; L. Aquiliae, neq; Corneliae pœnam
locum invenire posse L. & via actione 7. §. si quis in collucta-
tione 4. & L. si ex plagiis 52. §. fin. in quibus ratio ff. ad L. Aquil.
& lator. q. X. de homicid. Et animarum curam habuit ma-
ximam

ximam Sacratissimus AUCEPS, cum instituit, ut confessio
peccatorum & reconciliatio animarum cum DEO sem-
per præcedat Ludos istos Eqvestres. Qvæ cuncta me
movent, ut opinionem Johannis XXII. qvi & rem cxa-
ctius pensiculavit, merito inpræsens amplecter. Qvod ad
ultimum attinet, in eâ constitutione traditum esse, ut sci-
licet illis denegaretur Ecclesiastica sepultura, qvi in Tor-
neamentis mortem oppeterent, perpendo cum CALVINO
in Lexico Jur. ad verbum Torneamentum (1) capitulum hoc-
ce plane nullam afferre rationem. (2) neq; idoneam ex co-
gitari rationem posse, qvum parum absit, qvin subverti
qveat. (3) hanc Constitutionem Canonistarum potius cru-
delitatem sapere, qvam humanitatem. Facit egregiè pro
meā fententiā consummatisimum Magnisici ZIEGLERI,
Patroni ac Hospitis plurimūm venerandi judicium, qvod
exponit ad Lancelotti Inst. jur. Can. l. 2. Tit. 24. §. 14. Quicau-
fortuito perit, nullâ suâ culpâ perit, nec proinde ignominia no-
râ affici debet, præsertim cùm de salute ejus dubitare Chri-
stianum hominem non deceat, nec in judicia DEI inqui-
rere liceat.

Th. XXII.

Sed qværitur, an penitus Torneamenta sint sublata,
& qvare, & an in usum iterum revocari debeant? Respon-
deo ad primam partem. Ita qvidem esle, ut per ducen-
tos abhinc annos, altum silentium fuerit de laudatisimis
hisce exercitiis, neqve Eqvestres illi Torneamentorum
ludi continuata serie ad nos translati sint, nisi qvod perra-
rò in magnorum Principum aulis eorum umbra qvædam
appareat. De qvibus SPEIDELI s. d. dass sie mit den hieobis-
gen nicht zuvermischen/auch zuvergleichen/weil hierbey
keine probationes des Adels geführt weniger andere re-
quisita und Artickul eigentlich beobachtet werden: Son-

E

dern

Derh seyen allein für eine Figur und kurzweilige repräsentation der alten Waffenhandlungen zu halten / Intermissa a.videtur partim ob nimios sumptus, nimiamq; magnificantiam, qva multi Nobilem exhausti sunt; partim ob pertinaciam qvorundam , qui honore indigni & pœnas meriti, tamen multis propinquis & sodalibus circumdati, optimas illas leges & statuta perfringebant, sicq; impune discedebant: ut & propter intestinas dissensiones, & demum sclopetorum bombardarumq; inventionem in locum hastarum. Sed cum torneamenta ista vera sint incitamenta virtutum, non puto, qvōd ob pravitatem morum & qvidem paucorum qvorundam culpam, insignia ista exercitia desuetudini demandari debeant, sed potius ea autoritate imperiali, qva primitus introducta ad decus suum revocanda. Enimverò satis accuratè demonstrat SPEIDELIUS, l. a. qvōd qvamdiu laudabiles hæ decertationes in Germaniā celsārint, bello intestino mutuisq; dissidiis ea laboraverit. Verba hæc sunt : Insonderheit ist zubeflagen / daß so lang dieses lobliche Werck in Deutschland auffgehört / man fast immerdar innerliche Krieg und Zwiespalt empfunden hat. Denn wo die Ehr und Straff der Tugenden und Laster / und also derselben Unterscheid verschwindet / und nicht maniglich / wie dortmahls allezeit / vor Augen schwebet / gerathet es leichtlich dahin / daß man sich eben so lieb des bösen dann des guten befleisset / und also alles von Tag zu Tage ärger wird. Addit præterea, vel ad solam Nobilitatis distinctionem sufficere posse, ut Torneamenta rursus in usum revocentur: Wenn gleich die alte Turnier keinen andern effectum, denn allein den Unterscheid des Adels darben in acht zu nehmen / jemahls gehabt hätten / jedoch derselbige noch auff heutige Stunde zu-

er



erwindschen wâre / und außer dessen in Kürze alle
Stände in ungläubige Confusion und Verachtung
gerathen werden / indemme immerzu einer vor dem an-
dern / wie die böse Münz / neue Außsteigungen si-
chet.

§. XXIII.

Sed cum hactenus rem ipsam , & omnia , qvæ circa
Torneamenta obſervanda veniunt , consideraverim , se-
qvitur definitio Torneamentorum ; Describuntur vulgo
qvod sint Ludi vel Exercitationes Eqvæſtres , ab HENRICO
AUCUPE Imperatore primitus in Germaniam introdu-
cti , tām honestæ recreationis gratia , qvām ut Nobilitas
Teutonica aliās exercitiis exculta , hisce ad bellum maxi-
me necessariis etiam institueretur ; Ego ita definio Tor-
neamenta . *Sunt solennes Nobilium Germanorum exercita-
tiones Bellicæ , Exercitii militaris & honestæ recreationis gra-
tia ab HENRICO AUCUPE institute.*

Th. XXIV.

Anteqvam verò vela contraham , ultimò brevissi-
mis , qvoad fieri potest addam , qvot fuerint Torneamen-
ta , & quo tempore , & qvonam in loco celebrata sint . Re-
censentur vero in universum à scriptoribus XXXVI . Tor-
neamenta .

Imum celebratum MAGDEBURGI , Anno Christi
935 . Sacratissimi Imperatoris HENRICI IV . Aucupis dicti
instituto .

Idum peragebatur ROTENBURG 1 , auspiciis CON-
RADI Ducis Franconiaæ , Anno 942 .

III . Tertium celerabatur CONSTANTIAE Anno 948 .
Auctore RUDOLPHO Svevorum , Alemanorumque
Duce .

IV. à RIDECKE Marchione Misniæ MARTISBURGI
in stituebatur Anno Christi 969.

V. Indixit LUDOLPHUS Marchio Saxoniæ & Brun-
svigæ Dominus, & qvod BRUNSVIGÆ Anno Christi
996. peractum.

VI. CORADO II. Imperatori auspicia debet, qvi TRE-
VERI Anno Christi 1019. id celebravit.

VII. Ium HENRICUS III Imperator Romanus & Dux
Franconiæ, facta inductione, HALÆ in Saxonia peregit.
Anno Christi 1042.

VIII. Ium ab HERMANNO Sveviæ & Alemanniæ Duce
Anno Christi 1080. AUGUSTÆ institutum.

IX. GÖTTINGÆ institutum à LUDOPHO Duce Sa-
xoniæ & comite Supplinburgi Anno Christi. 1119.

X. TIGURI, qvod vulgari vocatum lingva an der Lin-
dermatt à Welpho Duce Bavariæ, & Speletto, Marchi-
one Corsicæ & Dynasta Sardiniaæ Anno Christi 1165. cele-
bratum.

XI. COLONIÆ AGRIPPINÆ à Florentino, Comite
in Hennegau Hollandia & Seelandia, Dynasta in Frisia, in-
stitutum Anno Christi 1179.

XII. Primitias debet HENRICO VI. Romano Impe-
ratori, Regi Neapolis, Siciliæ ac Sardiniaæ, Duci Sveviæ,
qvod NORINBERGÆ peragebatur Anno Christi 1198.

XIII. WORMATIÆ sub Imperatore PHILIPPO,
Duce Sveviæ à Nobilibus ad Rhenum, Anno Christi 1209.
celebratum.

XIV. HERBIPOLI Anno Christi 1235. à Franconiæ No-
bilis institutum.

XV. RATISBONAÆ peractum, auspicio Nobilium Bava-
riæ Anno Christi 1284.

XVI.

XVI. A Nobilibus Franconiaꝝ peractum Anno Christi
1296. SWEINFURTI.

XVII. RAVENSBURGI à Svevia Nobilitate institutum
Anno 1311.

XIX. à Nobilibus ad Tractum Rheni indictum INGEL-
HEIMII Anno Christi 1337.

XIX. Auspicabatur à Francorum Nobilibus BAMBERGAE
Anno Christi 1362.

XX. E LINGÆ celebratum Anno Christi 1374. à Nobi-
libus Sveviæ.

XXI. Iterum ab illis Nobilibus Sveviæ instituebatur
SCHAFHUSII Anno Christi 1392.

XXII. Indictum atq; peractum RATISBONÆ Anno
Christi 1396. à Bavariæ Nobilibus.

XXIII. à Nobilitate Rhenana ARNSTADII Anno Christi
1403 per actum.

XXIV. HEILBRONNÆ celebratum Anno Christi 1408.
à Sveviæ Nobilibus.

XXV. RATISBONÆ à Bavaria Nobilitate institutum
Anno Christi 1412.

XXVI. Celebravit ULRICUS Comes Wurtenburgen-
sis ac Mompelgartensis STUDGARDIAE, Anno Christi 1436.

XXXVII. LUDOVICUS Princeps ac Palatinus ad Rhe-
num Bavariæq; instituit anno Christi 1439. LANDHUTI.

XXIX. HERBIPOLI Anno Christi 1469. à Nobilibus
Franconiaꝝ, sub FRID. III. Imp. celebratum est.

XXIX. Celebratum est à Nobilitate ad Tractum Rheni
Anno Christi 1480. MOGUNTIA.

XXX Peragebatur HEIDELBERGAE à Nobilitate Rhei-
nana, Anno Christi 1481.

XXXI. STUDGARDIAE à Sveviæ Nobilibus institu-
tum Anno Christi 1484.

XXXII. Initium debet Bavariæ Nobilitati Anno Christi 1484. IN GELSTADII.

XXXIII. Huic successit ONOLSBACHI celebratum à Franconia Nobilibus Anno Christi 1485.

XXXIV. Franconica Nobilitas sub Maximiliano I. BAMBERGAE celebravit Anno Christi 1486.

XXXV. Seqvitur RATISBONAE institutum Anno Christi 1487. à Nobilibus Bavariæ.

XXXVI. Ultimum tandem successit à Rhenana Nobilitate peractum WORMATIAE Anno Christi 1487. Et horum quidem Torneamentorum RUXNERUS, meminit. Nullum verò est dubium, quin plura celebrata fuerint, de quibus nihil unquam RUXNERUS inaudierit; in qua opinione quoq; OLDENBURGERUS est in Limn. enarrat. l.c. pro qua & rationes nonnullas adducit. Multa porro singularia ac notatu digna olim in ludiis Torneamentorum occurrisse & visa fuisse, hinc inde constat. Also ward unter andern anno 1488. zu Ulm ein fürnehmes Rennen/ bei welchen auch Marx Walther und Stoffel die ungelerter waren. Dieser Marx Walther hatte einen überaus grossen Spieß geführt / dergestalten / daß ihrer zwie denselben auf dem Plan tragen mussten/ darauff er Herr Walther einen Knaben von vierzehn Jahren setzen ließ / und führet ihn über den Fronhof und herwieder / darnach schlug er das Eisen von den Spieß herab / und goß ein Maß Wein in das Spieß-Eisen. SPEIDEL. l.c. Atq; haec sunt, quae de Elegantissimâ TORNEAMENTORUM materiâ, non quidem pro ejus dignitate, sed pro ingenii modulo conscribere volui. S. quædam minus ad rem dicta videbuntur, illorum defectibus dextra benignaq; interpretatione B.L. succursurum confido. Qvare sisto Calatum, gratijs devotissimis actis JESU MEO, cui immortalis laus & gloria.

Nobilis est animus, studium qvi Nobile tractat,
Omnibus ostendens Nobilitatis opes.

Nobilis est Virtus, qvæ nescit adusq; latere,
Prodit in apricum Nobilitatis opus.

Hoc Tua facta probant, conamina docta revelant,
De rebus magnis dum benè verba facis.

Perge! Tuis factis non commoda parva movebis,
NOBILIS atq; DOMUS GLORIA crescit iis.

Johannes Deut schmann D.

p.t. Acad RECTOR.

AD

Generosum Nobilissimumq;

Dn. ERNESTUM DIETERICUM

à SELMNYZ/EQVITEM THURINGUM,

amicum & Fautorem meum singularem, Cùm

DE TORNEAMENTIS,

ex Politicis, qvà Politicis,

disputaret publicè:

Luditur in mundo: Sed Tu bene ludis, Amice,
De ludo, Tibi qvi jamjam placer, acris & aptè
Discurrens: Tu deñ qvoq; tales edito Ludis,
Qvēi Re:um Domini sua conservare potis sint;
Nam cœlo Tua sic fiet contermina Virtus.

facieb.

Joachimus Merger D. & Prof.

Pandect. Publ.

VERUM carpis iter, qvo NOBILITATIS honores
Crescunt, dum propriam Virtutem jungis Avorum
Stemmate, qvod toti jamdudum inclaruit Orbi,

Perge

Perge viam cœptam, FAUTOR, calcarē paratam
Invenies Spartam STIRPI q̄ TIBI q̄ decoram!

Generoso ac Nobilissimo

DNO. ERNESTO DIETERICO à SEMMINGE

Respondenti, in laudem & decus splendidissimæ suæ
Familiae Nato, nec non Laudatissimi Paren̄is Sui, Viri
Magni Nominis, de Principe & universâ Patriâ optime
meriti, vestigia legenti, ita ex animo de ausib⁹ his
egregiis & edito eruditionis specimine gratulatur.

VVernerus Theodorus Martini, J.U.D.

P.P. Seren. Elect. Saxon. à Confil. Appel.

Q̄ Vem, Generose, locum Tibi tandem Musa datura

Sit, Tua sedulitas significare potest.

Quā Sophies studio tempus juvenile dedisti;

Et jam concendis Pulpita docta Sophūm.

Ausib⁹ adspiret divini Numinis aura!

Pergas: tunc Lumen Nobilitatis eris.

Michael Fridericus Ledererus,

U. J. D. & P. P.

Virtutem virtute micans, virtutis amanti

Ingerit, & sperat dona decora sibi.

Num frustrā? Minime, Generoso ex Stemmate Nato

Expromit virtus divite dona penu.

Hinc ad virtutes calcaria fortius addit,

Atq; ornat cœpto Stemmatu clara bono.

Sic Patriæ exsurges splendor speratus, & auctu

Nominis in stirpem commoda multa vehes.

Hisce gratulatur

Nobilissimo DN. RESPONDENTI

Conradus Victor Schneiderus, Med. D.

P. P. Seren. Elect. Saxon. &c. Medicus.

Con-

Conscendis nostram, SELMNITZ Generose, Cathedram,
Ac animi profers munera clara Tui.
Nam non res humiles, aut vilia themata tractas,
Verum, quæ stirpem, quâ satus Ipse, decent.
Pugnas Heroum, ac ludos depingis equestres,
Rechèq; ex libris eruta, cuncta doces.
Scilicet haud aliter fabri fabrilia tractant,
Deq; suo qvivis ordine verba facit,
Perge, ac in Magnilaudes exsurge Parentis,
Qvod jam conatus spondet ubiq; Tuus.

Michael VVendelerus, Philosoph.

ac SS. Theol. Doctor, Facult. Theol. Assessor,
Theol. P. P. Extraordinarius, ac Moral. Philos.
P. P. Ordinarius.

Ad

Generosum Nobilissimumq; DN. RESPONDENT.

Arma dedit sangvis, poluit clarissima virtus
Ingenium, doctus sudor at hæcce parat.
Annis, ingenio, virtute, ac artibus insta!
Stemmata sic clarus, sic Generosus Eqves.

scr. gratulab.

Georg. Casp Kirchmajer,

Eloqv. P. P.

Dum cominus Musis vacas, & nobilem
Doctas per artes experiris indolem:
Vel eminus tamen Minervam suspicis,
Ipsiq; quatum nunc licet, animo litas.
Quas namq; multi ludicas pugnas cient,
Haftis eqvisq;, qvò futuris præliis
Maturius se præparent; has Tu stylo
Et disputatione doctâ repetis:
Sic mente contendens, ut illi corpore.
Vicina Phœbo Pallas: Arti proximus

F

Mars

Mars est amarus. sunt triqve præmia :
Ac Nobiles uterq; gignit. Sed Genus
Qui Marte firmat, atqve Phœbi temperat
Martem favo, non iste Nobilissimus?

Generos. ac Nobiliss. DN. à SELMNITZ, de Torneamentis
publ. disputanti lmg, applaud.

Balthasar Stolberg/ Græcar. Literar.
Profess. Publ.

SELMNIZIANUM illustria stemmata
Obliviosis jam sacra seculis
Tureddis, euge! illustriora
Palladiæ Sophiæ litando.
Prodi in Cathedram Nobilium jubar,
Factorneamen, finge Sororibus
Jucundum opus de Palma Eqvestri,
Pulvere Olympiaco, Rotisq;
Non indecoro pulvere sordidi
Heroës omnes arma adamantina
Virtute junctim jam Tibi sunt
Ceu Diademata tradituri.

Ita gratulatur
Nobilissimo DN. RESPONDENTI

Georg Melchior Thilo, D.

Torneamentorum quænam sint jura, vetustas
Vix satis ipsa sciat: Scripturis indiga; quantum
Nunc simus rerum. Sic Rerum invertitur ordo!
Omnibus hæc immensa dies multum TIBI curæ
Infert SELMNIZI, vires quacunq; probandi.
Nunc hasta ludens victoris digna brabæa
Præripis ingenii; sensata per æra volantem
Conciliant famam. Satis omnia splendida hic sunt:
Inlustres animas nil non illustre decebat.

Generoso DN. à SELMNITZ, Fautori & Amico certissima splendi-
dioris fortunæ Decus votis minimè dubius gratulab. par,

Franciscus Henricus Hoeltich, J.U.L.
Doctis

DOCTIS in pugnis, pugnas defendis equestres,
Indole qvæ res est utraq; digna Tuā.
Alterā enim mentis Generosæ semina prodis;
Alterā at ingenii munera clara probas.
Maestis Tuis ausis, SELMNITZ; sic irur ad astra,
Qvando respondent, Arsq; Genusq; sibi.

P R A E S E S.

Se Kunst ist Ihm gleich Seinen Degen/
Mit beyden pranget Er; der Ahnen Ruhm
Stamt von dergleichen Tugend-Wegen/
Und sucht am Sternen-Feld Sein Alterthum.
Dies zeigt ixt das fluge Ritter-Spiel/
Das die gelehrte Feder hält
Es weiset Ihm ein offnes Feld
Zu Jovis Thron und zu Mavortis Fahnen/
Dishist der Helden Tugend-Ziel.

Mit diesem wolte seinem Hoch-Edelgebohrnen Anver-
trauten Herrn Stubengesellen zu solchen höchst-
rühmlichen Fleiß schuldigst Glückwündschen
Albrecht Friederich von Syborg/

Jurium Cultor.

FN ut amicorum, frater, turba æmula certet
De primo studio dicendi encomia landis
Factō digna tuō, cumulatq; vota precandi:
Arq; meres certè; majora mereberis olim.
Mi dabis esse brevem, nec, si satis, Optime, laudes
Non decanto tuas, ego defraudare videbor
Illa: nam calamis qvas nunc de promere nescit,
Non Albis Musæ, non docta cathedra tacebunt.
In præsens tantùm acclamo pia vota precorq;,
Ut summâ expediā cœptoscum laude labores.

Ita ex animo sentit

Christianus Conradus à Schlotheim
Eqves Thuringus.

Wic.

Ge / Adliches Geblüt so überflüssig zehlet/
Der grauen Ahnen Glanz und dem der Tugend ziele
Die Ihr / ist vorgestellt / hat bloß nur auserwehlet
Der hohen Hünpter Gunst zu Ritterlichem Spiel :
Also nicht minder wil auch günstig Ihm erzeigen
Apollo sondre Gnad / wann Er Ihm öffnet frey
Der Künste Ehren-Plan und so mit Sieges-Zweigen
Vergnüget von sich lässt : Dasd diesem also sey
Erweist mein PILADES / nachdem Et höchst vergnüget
Daselbst erhalten hat den allerschönsten Preis :
Bnd wohl ! dann wann man so mit hohen Ruhme sieget
Muß ungemeiner Dank vergelten solchen Schweiß.

Zu Bezeugung obliegender Schuldigkeit gegen seinen
unschätzlichen Brüderlichen Freund setzt dieses
eilends hinzu

H. C. von Nostitz/ Eq. Lus.

UTrapidō stagnant ingentia flumina motu ;
Et vertigo rotat Cœlum ; Sic mentibus instat
Excelsis via, qvam magnos vertenda per Orbēs.
Et nunc pro ludis. Generosos nunciat actus,
Musis atq; sacram Marti designat arenam
Nobilis hic ludus calamē qvem menteq; præfers.
Succedat, voveo ; fluat aureus imber ab alto.

Casimirus von der Osten Eqv. Pom.

NEc mens, nec tempus multā tibi plaudere voce,
Dum Vernas studiis magnos splendescis in austus.
Sufficiat simplex verbum, frons, candida lingva :
Perge, rōlus lucem, successum. Numen ab alto
Conferat, Aula tibi dignissima præmia pendat.

sic gratulatur

Hans Wigandus von der Osten Eqv. Pom.





Dum colis Astræam, Miltiz, & dogmata Juris,
Hinc dotes præstas Nobilis ingenii.
Perge Tuis porrò constans insistere cæptis,
Sic tuus ut possit præmia ferre labor.

Michael Fridericus Ledererus,
U.J.D. & P.P.p.t. Acad. RECTOR.

Ad Generosum ac Nobilissimum

Dnum. Mauritium Heinricum à Miltiz/
Amicum singulari amore proseqvendum.

DE JURE ACADEMIARUM
publicè & politicè disputantem.

MILTIA DUM claro, Miltizi, stemmate Natae,
Dum celare neqvis Virtutis & artis amorem,
Innatas animi dores ostendis AVORUM,
Qvos immortales veneratur & orbis adorat.
Et qvos vel jam nunc Virtus commendat ubiqve,
Elector Summus qvos diligit, admovet AULÆ,
Ut patriæ dulcis fulcra atqve columnina rara.
Hæc te, Miltizi, moveant exempla TUORUM
Nunc AGNATORUM, vel eris sic maximus ipse
Principis & PATRIÆ GENTIS splendorq; decusq;!

Amicâ & gratulabundâ mente
inter graviora studia deproper.

Werner Theodorus Martini, J.U.D.

P. P. Seren. Elect. Saxon. à Consil. Appel.

G

Ad

Ad
Generosum & virtute suâ Nobilissimum Juvenem,
DN. MAURITIUM HENRICUM
à MILTITZ,

Eqvitem Misnicum,

Fautorem & Amicum singularem:

MILTIZIADES veterum fate gente Qviritum,
Misnia semideos qvos omni tempore & ævo
HEROAS inter coluit, primâq; locavit
Sede ipsos Virtus. Post plurima Nomina, testor
HAUBOLDUM, Columnen simul & Patriæ Ornamentum,
Nestora Germanum, Pietas quem sancta fidesq;
Sistit in exemplum cunctis. HENRICE GEBHARDE,
Mecœnas, Aravis Heroibus edite, summi
PRINCIPIS & Manus & Cor, ne dicam amplius, es Tu.
Ergo imitare Tuos, MAURITI strenue, Magnos
MAJORES, pariter TUTORES, atq; PARENTES!
Nil hnmile admittit florens MILTIZIA Virtus,
Hæc memori si mente colas, super astra volabis.

Honoris officiiq; causâ
defestinab. gratulab.

Georg. Casp. Kirchmajer,
Eloq. P. P.

JAm dum MILTIZI producis JURA SCHOLARUM,
Omine sat læto! Multum lætamur Amici,
Vota inter, pro successu gratisima qvæq; ve
Qui ferat, ut laetum possis aliquando velisq;
Laudis non negligens, Academica qvæq; juvare.

Calamo festinant. sed gratulabundo
Generoso D N. à M I L T I Z ,
Fautori amicissimo
scr.

Franciscus Henr. Hoëltich, D.

Mar-

MArte juvat, juvat arte Tuas extendere dotes,
Quas natura Tibi contulit, atque genus.
Hinc florescentis nutrix Academia vitæ est,
Lac Tibi virtutis notitiaque parans.
Consilio ut patriam, forti dextrâque tueri,
Principibusque viris perplacuisse queas.
Huic jam redde vicem, concessaque jura revolve,
MILTIZI, dupli nobilitate micans.
In Te Majorum virtus & fama perennat,
Et Cognatorum gloria celsa viret.

Generosissimo DN. RESPONDENTI

f.

PRÆSES.

Est argumentum, **MILTIZ**, Academia faustum.
Ito bonis avibus: dissere: plausus erit.

f.

Samuel Conrad Schurtzfleisch.

Sicjam Panchæis cumulas subsellia donis,
Et facit insigni tramite Phœbus iter.
Id placet Aoniis, id **MILTIZII** Sq; probatur:
Hinc ausis veniet gloria magna tuis.

scrib.

P. Peterson.

N. Liv.

Wit

AK Th 464

Se sieht man's / wenn ein Geist der Tugend Gunst
verspüret?

Schnur schleunig macht er sich vom schnöden Pöbel los/

Hergegen sein Gemüthe mit Künsten herrlich zieret.

Dann nimbt ihn Leucoris bald auf in ihren Schoß.

Mit edler Wissenschafft vergöttert er die Sinnen/

Es schwärget seinen Geist kein trüber Laster-Dunst:

Vnd dieses ist nur bloß sein einziges Beginnen/

Daz er beym Klugen Volck erlange Ehr und Gunst.

Du eben / Wertheser / bist deß ein Zeuge worden/

In dem dein Geist allein nach Ehr und Weisheit strebe/

Daz man dich lieben muß / auch der Gelehrten Orden/

Vnd unser Elb-Athen dir stäts gewogen lebe.

Der Musen Ober-Herr wirdt deinen Nahmen zeigen/

Ich selbsten wünsche Glück / begrüsse deinen Fleiß.

Von deinen Früchten wirdt dein Vaterlandt nicht schweigen/

Weil es von dir sonst nichts / als Edlen Nach-Kuhn weiß.

Seinen Freund wünschet Glück und
Wohlergehen

Casimir von der Osten.



KD7

no

